AUGUSTINUS. ETC.
12. Jh. Seite 19r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26335
Copyright: Admont, Benediktinerstift



Huius heresis principem accepimus fuisse donatum. qui de numidia ue
niens. et contra cecilianum xpianam diuidens plebem adiunctis
sibi eiusdem factionis episcopis. maiorinum apud carthaginem ordinauit
episcopum. cui maiorino donatus alius in eadem diuisione successit. qui
eloquentia sua sic confirmauit heresim hanc. ut multi existiment
propter ipsum pocius donatistas uocari eos. Extant scripta eius ut appa
ret etiam non catholicam de trinitate habuisse sententiam. scilicet quamuis
eiusdem substantie minorem tamen patre filium. et minorem filio putasse
spiritum sanctum. Verum in hunc quem de trinitate habuit errorem donatis
tarum multitudo intenta non fuit. nec facile quisquam in eis qui hoc il
lum sensisse nouerit inuenitur. Isti heretici in urbe roma mon
tenses uocantur. quibus hinc ex affrica solent episcopum mittere aut hinc
illuc afri episcopi eorum pergere si forte ibi eum ordinare placuisset. Ad hanc
heresim et illi pertinent in affrica. qui appellantur circumcelliones
genus hominum agreste. et famosissime audacie. non solum in alios
in mania facinora perpetrando. scilicet nec sibi eadem insana ferita
te parcendo. nam per mortes uarias maximeque precipiciorum et ali
qua ignium se ipsos necare consueuerunt. et in istum furorem alios quos potu
erint sexus utriusque seducere aliquando ut occidantur ab illis. mortem non fe
cerint comminantes. Verumtamen plerisque donatistarum displicent
tales. nec eorum communione contaminari se putant. qui christiano or
bi terrarum dementes obiciunt ignotorum crimen afrorum. multa et inter
ipsos facta sunt scismata. et ab eis scilicet diuersis litibus alii atque alii
separantur. Quorum separationem certa grandis multitudo non sensisset
apud cartaginem. Maximianus contra primianum ab eiusdem erroris cen
tum ferme episcopis ordinatus et a reliquis ccc.tis x. cum eis xii. qui ordinatio